

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Meditationes vitae Christi**

**Pseudo-Bonaventura**

**[Straßburg], [um 1496]**

De retributione relinquentium omnia christi sequentium. Matthei. xix.  
Marci. x. Luce. xiii. Capitulum XXXIX

[urn:nbn:de:bsz:31-289983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289983)

desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. **Ite** tota die expandi manus meas ad te. **Dimitte** illam quia clamat post nos. **Respice** de celo et vide desolatam. **Fidelis** est nuncius qui discurre inter dilectum et dilectam: vota offerens et referens dona: excitar illam: placat illum. **Interdum** etiam licet raro representat eos pariter sibi se hunc rapiens: seu illum adducens si quidem domesticus est et notus in pallatio: nec veretur repulsam: sed quotidie videt faciem patris eius. **Hucusque** Bernardus. **Vides** quomodo fideliter angeli nostri seruiunt nobis. **Ideo** quotidie debemus eos reuerere: laudare: honorare: gratias agere: et in eorum presentia quod semper nobis assunt: nil illicitum vel turpe cogitare: dicere vel operari debemus. **Unde** Bernardus super illud. **Angelis** suis deus mandauit de te: ut custodiant te in omnibus vijs tuis. **Quantum** tibi debet hoc verbum conferre reuerentiam deuotionem et fiduciam. **Primum** pro presentia. **Secundum** pro benivolentia. **Tertium** pro custodia. **Laure** igitur ambula ubi assunt angeli in omnibus vijs sicut mandatum est eis. **Tu** ergo non audeas eos presente quod me vidente non aures. **Nos** autem non debemus esse ingrati illis qui deo cum tanta charitate obediunt: et nobis in tanta necessitate subueniunt. **Sinus** ergo deuoti,

**Quomodo** aliqui ex verbis domini scandalisati sunt **Matth. xv. Marci. vij. Jo. hannis. vi. Ca. XXXVIII**

**Q**uoniam mireris si ex verbis et factis nostris aliquando scandala oriantur: quantumcumque bene et fideliter fiant cum ipsi domino: qui errare non poterat: plures contigerit idem. **Dum** enim quadam vice pharisei interrogarent dominum: quare discipuli non lauabant manus quando manducabant. **Domine** dure respondit eis: increpando eos quod exteriore mundicia non interiore: querentibus: de quo illi scandalisati sunt: sed dominus non curauit. **Alia** vice dum dominus spiritualia in synagoga doceret: aliquid ex discipulis eius tanquam carnales non intellexerunt et recesserunt nec de hoc etiam curauit: sed ad duodecim discipulos ait. **Numquid** et vos vultis abire? **Qui** Petrus pro se et alijs respondit. **Domine** ad quem ibimus verba vite eterne habes? **Confidera** enim in predictis et alijs similibus: quomodo publice loquebatur: et docebat veritatem: de scandalo prauorum non curans. **Nota** hic etiam plura. **Primo** quod propter alterius scandalum non debemus recedere a veritate iusticie. **Secundo** quia de interiore mundicia magis quam de exteriori honestate curare debemus. **Quod** dominus alibi dicit aperte. scilicet **Luce** undecimo. **Tertio** quia spiritualiter viuere debemus: ita quod verba domini non videantur nobis extranea: si cur illis discipulis qui recesserunt: sed potius cognoscamus ipsa esse veritate eterne: ut simul cum duodecim discipulis ipsum imitemur perfecte.

**De** retributione relinquentium omnia christi sequentium. **Matth. xij. Marci. x. Luc. ce. xvij. Ca. XXXIX**



**Q**uam fidelis et prudens discipulus Simon Petrus quereret a domino pro se et alijs socijs de retributione ipsorum: respondit dominus Iesus inter alia: quod omnes qui temporalia dimittunt et eum sequuntur: centuplum accipient in hoc mundo: et vitam eternam in futuro. Hora bene habet retributionem et gaude gaudio magnoz laudes et gratias referas deo: quod ad tale negotiationem te adduxit: ut manualiter de vno recipias centus: et nihilominus postea vitam eternam. hoc autem centuplum spiritualium aut temporalium vel corporalium est consolatio in eterna delectationum et virtutum: quos per experientiam cognoscimus: non per doctrinam. Cum enim anima gustat odorem paupertatis: nitorem castitatis: et patientiam: quos virtutum sapor est et delectationem: in eis: nonne centuplum tibi recipisse videtur? Et si ulterius ascendit et recipiat visitationem spiritus: cuiusque presentia delectet et gloriatur: nonne tunc recipit plusquam millecuplum omnium que dimisit pro deo? Ergo verum est quod loquitur veritas: non fallit quoniam centuplum in hoc mundo recipiat: non tamen seculi sed pluries. Unde afficit ita anima ex tali gustu et accenditur: quod non solum id quod dimisit: sed etiam totum mundum arbitretur stercorea: ut sponsum suum lucrifacere possit: et parum sibi fecisse videtur. Unde beatus Hieronymus. Dicit aliquis seculari. Ostende mihi centuplum quod promittis et liberes universa relinquo. Et quod ostendat? Fides non habet meritum: cui humana ratio prebet experimentum. Deficit scripturas scrutamento. Nisi credideris: non intelliges manna abscindit quod in apocalypsi victori promittitur: et nomen novum quod nemo scit nisi qui accipit. In non denique possidet

omnia cui omnia cooperantur in bonum? An non centuplum habet omnium quod repletur spiritu sancto: et qui christum habet in pectore? Nonne longe plusquam tempus visitationis spiritus sancti est et presentia christi? Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timetibus te. Perfecisti eis qui sperant in te. Hoc ergo centuplum adopratio filiorum est gloria conscientie regni dei: quod intra nos est: non externa: non potius sed iusticia pax et gaudium in spiritu sancto. Sane gaudium non tamen in spe glorie: sed in retributionibus. Nec est illa pax quam christus suis reliquit discipulis qui supererat omnem sensum: cui omne quod peritum in mundo non potest comparari: quam expertus noviter in expertis ignorat: quam nemo scit nisi qui accipit. Letemur et regratemur deo quo ad centuplum recipimus dum vocati sumus. Hucusque. Ber. licet non isto ordine.

**Q**ualiter dominus Iesus que fuit a discipulis quid homines dicerent de christo. Matthei. xvi. Marci. viij. Lucæ. ix.

**Ca. XL**  
**V**eniens dominus Iesus in partes cesaree Philippi: quesivit a discipulis: quid de ipso homines dicerent: et quid sentirent ipsi de ipso et de alijs. Quidam autem responderunt sic: alij vero sic. Petrus autem pro se et pro alijs dixit. Tu es christus filius dei vivi. Et christus ad eum. Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Tunc dedit ei pro se suisque successoribus claves regni celorum. scilicet potestatem ligandi super terram et solvendi. Cospice eum et ipsos ut sunt. Et nota quod que Petrum nunc christus voca-